



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

CXXXIV. Heinrich Mußheim verkauft Bürgern zu Prenzlau die Bede von 4  
Hufen in Gustow, am 16. Juni 1365.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CXXXIV. Heinrich Mußheim verkauft Bürgern zu Prenzlau die Bede von 4 Hufen in  
Gustow, am 16. Juni 1365.

Ego Hinricus Musheym, famulus, Confiteor coram singulis presenciam visuris et auditoris, Quod iuste vendicionis tytulo vendidi et in presentibus vendo vna cum heredibus meis Discreto viro Heningho Hoppen, principali, Heningho brauel, Heningho beltz, Ciuibus in prempzlaw, et eorundem veris heredibus Precariam denariorum et annone, videlicet quatuor mansorum et tercię partis vnus mansi in villa Gustow cum omni libertate et iure, sicut hactenus possedi et habui a famoso Domino meo Vlrico, dicto de Lochen, milite, Quos mansos pro nunc colunt nycolaus Kleynow et Heyne iunghe, villani in prefata villa morantes, pro sedecim talentis et decem solidis denariorum brandenburgenlium in singulis festis sanctorum Philippi et iacobi et sancti Mychaelis Archangeli perpetuo sine omni arestancia et impetitione verbisque adiutoriis subleuandam. Illo tamen adiecto, si a datis presencium predictam precariam in proximo triennio remero pro tali pecunia premissa a dicto Henningho et suis heredibus, extunc ad me et ad meos heredes reuoluetur. Alioquin prefatam precariam perpetue et quiete possidebit, Quod vna mecum patruus meus Johannes Musheym manu coniuncta et fide data quouis dolo remoto firmiter obseruandum compromisit. Et in testimonium maioris confirmacionis sigillum domini mei Vlrici de Lochen, militis, et nostrorum aliorum presentibus sub adducta. Datum prempzlaw, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXV<sup>o</sup>., crastino die sanctorum martirum viti et modesti. Et sunt huius rei testes Dominus Zacharias Kuffesteyn, miles, Wilhelmus de Swanenberghe, Hinricus Meywe, Famuli, et alij fide digni.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

CXXXV. Heyso, Vicar und Stadtschreiber in Prenzlau, schenkt zur Errichtung einer Vicarei in  
dem Hospitale der Neustadt Prenzlau eine jährliche Hebung von 4 Pfd. Brandenb. Pfenninge,  
am 1. Februar 1366.

In Nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCLXVI, indictione IIII, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac Domini, Domini vrbani, diuina prouidentia pape quinti anno quinto, mensis Februarij die prima, hora quasi vesperarum in domo habitacionis discreti viri Domini Nicolai de mokeren, altaris in ecclesia beate Marie virginis in Primzlow, Caminenlis Dioceseos, In mei Notarii publici ac testium subscriptorum presentia constitutus discretus vir Dominus Heyso, vicarius in Ecclesia beati Jacobi in Primzlow ac Notarius ciuitatis dicte Primzlow, sanus corpore et compos mente non vj nec metu inductus, sed ex mera libertate et mera deliberacione prehabita pure et simpliciter propter Deum ob salutem et remedium anime sue et animarum suorum progenitorum, in honorem omnipotentis deij beateque marie virginis gloriose, necnon omnium sanctorum dedit, legauit et donauit hospitali in noua Ciuitate dicte Primzlow dicte Dioceseos fun-